

F. V. 109

X2120557

Z f
2480

Q. R. B. V.

PARENTALIA,

QVÆ
DIVIS

GENEROSISSIMI ET EXCELLENTISSIMI
DOMINI,

DNI CHRISTOPH.

VICEDOMINI AB *Schstat* /
TOPARCHÆ OLIM IN *Sahmen* /
Dürrbach / *Rieten* / *Efelsberg* /
ETC.

CONSILIARII SAXO-ELECTORALIS,
PROVINCIALIS LUSAT. SUP. CAPITANEI,

VIRI PEPO DIGNISSIMI,

MANIBUS

DUO BONÆ SPEI JUVENES,

CHRISTIANUS DAVID FUNCCIUS, *GORL. Lus.*

BETZD. Lus.

NOSTRA, SEMPER APERTA,

PALÆSTRA ORATORIA

BONA SCÆVA PRODITURI,

STYLUMQUE ET IPSI LAT. PUBL. EXERCITURI,

PARENTATIONIBUS,

PROPRIO MARTE A SE CONSCRIPTIS,

AC MEMORITER DEINCEPS RECITANDIS,

IN

AUGUSTO GORLICENSIVM GYMNASIO,

ANNO MESS. *clb lbc LXXXIIX,*

D. XIIIX. AUG.

INTER ODAS DABUNT FUNEBRES,

SOLEMNITER INDICIT

CHRISTIANUS FUNCCIUS.



GORLICHII LITERIS ZIPPERIANIS.





ΑΞΙΟΣ ΤΟΥ ΠΕΠΛΟΥ. PEPLO DIGNUS.



PROVERBIUM in non vulgares, quique plus vulgo de cælo trahunt, Viros est dictum. Dicitur nimirum in Viros quondam id siveverat: qui tanto tamque igneo in assiduo Virtutum studio & exercitio impetu ad serena honorum Tempia contendebant: ut arderent toti in ipso etiam cacumine nidulari. Quum verò *ARISTOPHANES*, Græcorum Comicus, primus idem usurpavit Proverbium, Græca ejus verba adducere mihi non erit dividia. Sic namque ille in *EQUITIBUS*:

Ευλογῆσαι βελόμεθα τὰς παλέρας ἡμῶν, ὅτι
Ἄνδρες ἦσαν τῆς δὲ γῆς ἄξιοι καὶ τῷ Πέπλου.

PEPLUS, qui & Neutro Genere *Peplum* est, *LUTATIO*, solertissimo *Statii* Interprete, vestis est candida, clavis aureis picta, quodque fieret simulacris, sine manicis. *EUSTATHIO*, doctissimo Homeri Scholiastæ, vel ἀπὸ τοῦ πεπλάου, expandi, explicari, vel ἀπὸ τοῦ πέπειν, decere, dicitur: ut πέπλος sit qv. πέπειλος, decora vestis, ad Sacrorum ritum, *DONATO* auctore, maximè pertinens. Sed, qui, qualis ac quantus **PEPLUS** ille, cujus & Græci & Latini Scriptorès toties meminere, priscò ævò fuerit, non abs re me facturum, existimo: si è singulari *JOH. MEURSII* de *Gemino Minervæ Festo*, quem *PANATHENÆA* inscripsit, Libro aperiam. Is quippe in his, quæ ad Græcanicam Antiquitatem pertinent, priorum Scriptorum omnium operam ita jubare suo obfuscavit: ut temerè quicquam ejus argumenti vel utilius alibi quæretur, vel felicius inveniatur, quàm in summi ejusdem Viri Monumentis. Erat nempe **PEPLUS** velum Navis Panathenæicæ: quam, ut *Suida* locum circumloquitur *WOLFIUS*, Athenienses Minervæ quartò quolibet annò instruebant, ejus pompam per Ceramicum Eleusinen usque deducentes. Et sanè intexta eidem velo Titanomachia resque à Minerva præclarè gestæ cernebantur. Sic enim *MARO* in *Ciri*:

*Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnae:
Magna Gigantéis ornantur pepla tropæis:
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco.
Additur aurata dejectus cuspide Typho:
Qui prius, Ossæis consternens æquora saxis,
Einathio celsum duplicabat vertice Olympum.
Tale Deæ velum solemnè in tempore portant.*

Pressius diu ante Maronem in Hecuba *EURIPIDES*, svaviloqua illa Scenæ Atticæ Philomela, idem cecinerat:

Ἡ Πάλα

Ἡ Παλλάδι' ἐν πόλει
 Τᾶς καλλιδίφρα Ἀθα-
 ναίας, ἐν κροκέῳ πέπλῳ
 Ζεύξομαι ἄρματι πώλους,
 Ἐν δαυδαλίῃσι ποικίλ-
 λασ' ἀνθοκρόκοισι πήνας,
 Ἡ Τιτάνων γενεάν,
 Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ κομίζει
 Φλογμῶ Κρονίδας.

Cecinerat omnino longè id ante Maronem: quòd res Minervæ laudabi-
 liter gestæ *PEPLO* intextæ: intexta quòd præcipuè Titanum adversus
 Jovem pugna fuerit. Erant præterea etiam, quæ alii Viri excellentes fe-
 cerant fortiter, intexta: quòd diligentissimus celeberrimusque Virgilio In-
 terpres, omnium Grammaticorum doctissimus, *SERVIVS*, observat, *Pe-
 plum*, inquit, *Minervæ consecratum*. *Depingebantur in hoc*, pergit ille, *et
 more apud Athenienses: qui strenuè in bello se gessissent*. Nomina utique Pe-
 plo huic optimorum Virorum, qui, virtutibus clari, Reipubl. in fago cum-
 primis usui fuerant, fuerant & nihilominus qui Patriæ suæ in toga usui,
 intexebantur. Texebant autem Virgines aliquot: quibus duæ ex illis præ-
 fectæ Ἀρρήφοροι, reliquæ εργασιναί, nuncupabantur, texturam ipsæ die
 Pyanepsionis mensis tricesimo, quò τὰ χαλκῆια, Etymologici Autore te-
 ste, celebrabantur, ordientes. Cæterum universæ pompæ, quæ Peplum
 istum extra urbem profecuta, ratio hæc erat. Suspendebatur Peplus è na-
 vi: quæ, Minervæ apparatus, per Ceramicum totum, ubi pompa cœperat, usq;
 ad Cereris Eleusiniæ Templum deducebatur, ipsaque non jumentis, sed
 per machinas subterraneas, remis impulsâ,olvebatur: donec, præter
 murum Pelasgicum & Apollinis Pythii Templum circumvecta, in locum
 suum deduceretur. Inde in Arcem itum, deductusq; & illuc Peplus fuit.
 Quodsi verò inter deducendum partes ejus inferiores inquinari contigis-
 set, constitutus erat aliquis, qui purgaret, κατανίπτης appellatus. Denique
 in Arcem quum jam deductus esset Peplus, Minervæ simulacro, cui lectus
 floribus stratus ac paratus, idemque & ipse πλακίς dictus, insternebatur.
 Quid pluribus opus? Constat enim satis abundè jam nunc ex iis, quæ è
Panathenæis Meursii concinnavi, inq; arctum cœegi circulum: cuinam Ve-
 terum ritui Proverbium, ΑΕΙΟΣ ΤΟΤ ΠΕΠΛΟΤ, natales suos debeat. Debet
 profectò ut ortum, ita & usum suum Peplo, cujus totam aperui pompam,
 Minervæ. Peplo & ortum & usum debet: cui intexi tantus olim ho-
 nor erat: ut Maro, satis se defunctum Messalæ laudibus, putaret: si gesta
 ipsius magno curasset *intexi Peplo*. *Peplum* intelligo: cujus vel sola ap-
 pellatio, quicquid usquam in defunctos extat laudis, designat, ac sufficien-
 ter simul evoluit: cur, quem de *Heroum, ad Trojam profectorum, Tumulis*
 confecerat Librū, *PEPLUM* vocarit Stagirita. Apertè siquidem Philoso-
 phus æqvè, ac datum illud Græcorum Proverbium, declarat: quoniam
CANDIDATI, ut sic loquar, *PEPLI* fuerint. At sciendum verò, hunc
 ipsum honorem, aliosque quamplurimos, quum videl. nunc figerent
 Obeliscos, nunc texerent in περιδείπνω portave Panegyricos, nunc institue-
 rent Pompas, vel excitarent Cippos, nunc Numos cuderent, nunc
 perpetuas faces accenderent, non externi splendoris ergò, sed planè ad
 Philosophi illius, *laudem mortuorum esse quoddam*, inquit, *quasi semen,*
è quo vivorum virtus vel succum haberet, quo vigeret, vel vim, quâ vive-
ret eternum, mentem, defunctis decrevisse Antiquos. Antiqui namque
 quan-

FR 242480
quantum virtutis vellent in Posteris splendere, tantum honoris virtutis Majorum habendum, censebant. Et quidni? Vivit certe, vivit virtus in mortuorum laude: ut, quanta denatis obscuratur laus, tanta vivis detrahatur virtus. Sepeliuntur cadavera, aut feralibus absumuntur flammis non virtus: non virtuti, sed defunctis, imus exequias. Hæc enim per mortem demum quasi nascitur, inque Posterorum animis mori eum vetat: quæ oculis viventium subduxerunt fata. Permovebant hæc & alia divinum Platonem, Mosen illum Atticum: ut *L. Xmo de LL.* in qualibet bene constituta Republ. non viris tantum, sed & fœminis publicas haberi vellet.

PARENTATIONES. Is quippe viderat, iis intermissis, adeoque sic omni defunctorum intermissa recordatione, vel nullos vel paucos Cives i. e. Viros in Republ. ex ejus doctrina Bonos, esse futuros. Est sanè ita quod nulli vel pauci Viri in Republ. Boni sint futuri: nisi defunctorum, Magnorum cumprimis Virorum, qui vitæ functi, memoriæ post mortem litemus. Tum demum enim vehementissimè animus Virorum ad virtutem accenditur: quotiescunque intelligit, eam post mortem quoque in Claris Viris honorari. Ne dicam: quod rerum gestarum memoriâ flamma virtutis egregiis Viris in pectore crescat, neque prius sedari solet, quam Virorum virtus famam mortuorum atque gloriam adæquaverit. Ut verior ergo ac sincerior defunctorum laus est: quum de mortuo nihil amplius sperare licet, nullaque & autoritate ad laudationem, ejus cogimur: ita utilior pariterque efficacior ad æmulandum esse eadem laus cognoscitur: quum post ultima etiam fata laudantur Viri. Indeque & mos laudandi mortuos laudabilis, qui à Solone institutus, ad Romanos, à Romanis ad nos Christianos transit. Primum certè de Bruti laudibus Panegyricum habuit Publicola: qui Romanis adeo gratus fuit: ut inde consuetudo laudandi strenuè mortuos manserit. Similem Tullius de Servio Sulpitio, in legatione ad Antonium mortuo, dixit. Laudatus Virginius Ruffus à Consule Tacito: accessitque ipsi laudator hic eloquentissimus, veluti supremus felicitatis cumulus. Parentavit subsequens temporibus Magno Ordinis Equitum Melitensium Magistro, Cassertano, Christianorum Orator in Italia fere primus, Muretus. Præcipue verò Martyrû memoria primis fidei Christianæ temporibus sacra ac laudabilis fuit. His quippe annua instituta Sacra: horum Statuæ & Imagines in Templis positæ: corpora eorundem, veluti virtutis ac pietatis judicia, Virorum oculis ibidem exposita, atque deinceps sepulta: non pauci Divorum catalogo æquè adscripti, ac Heroes olim inter Divos relati, leguntur. Talia itaque & alia quamplurima, quæ angustia hæc non capit, quum satis superque doceant, æquum esse, ut Virorum, quorum multa in Patriam merita extiterunt, memoriam non cum corpore sepeliamus, sed domum nobiscum in animo reportemus: non abs re Ego equidem fieri puto: putabit & mecum fortè nemo cordatiorum Virorum, abs re fore: si, quos in prima statim Chartæ facie nominavi, Juvenes ejus rei gratiâ crastini Die cum DEO, & Sacris quidem in Cœnobiali nostro Templo finitis, Bihorium Vobis, L. B. parabunt feriatum. Etenim, quum ipsi, sesquitrimestri abhinc elapsò anni spatiò, non absque luctu publico *Virum*, quoad viveret, *Generosiss. atque Excellentiss. Dominum, DN. CHRISTOPHORUM VICEDOMINUM ab Eckstât/ Toparcham in Zahmen/ Dürrbach/ Klieten & Eselsberg/ Potentiss. Electoris Sax. Consiliarium, Lusatiæque Sup. Capitaneum Provinc. Splendidissimum,* rebus humanis exemptum esse, secum recoluerint, solemni cras interpretamentò uterque in Procerum aliorumque Eruditorum Virorum Panegyri dabit: quod tanti Viri apud Nos adhuc vivat memoria: quod sumæ, quibus is inclaruit, floreant adhuc Virtutes. Fuit, fuit enim & ipse **MAGNUS** hic **VIR**

MC

VIR AETIOE TOT ΠΕΠΛΟΤ, h. e. PEPLO DIGNUS. Dignus, in isto, fuit: cuius Nomen splendidissimum AETERNITATIS PEPLO intexatur, cuiusque & memoria semper anniversariò aliquò honestamentò recolatur: ut sic ipsum antiquissimum VICEDOMINORUM Nomen subinde reflorescat, ejusdemque recordatio Lufatorum animis nunquam excidat. Ut verò INCLITAE nostræ REIPUBL. PATRES CONSCRIPTI, Viri item maximè Reverendi, Nobilissimi, Excellentissimi, Experientissimi, Clarissimi, Præstantissimi, Humanissimi, quos quidem Urbs nostra alit, futuris Encomiastis ad dictum Mercurii Diem, Diem XIX. Augusti, Hora IX. matutinâ, in Acroaterio Majori, à negotiis publicis ac curis domesticis interibi feriat, Bihorii impertiant usuram, suaq; splendida & honorifica præsentia Parentationi geminæ sint à solemnitate, debitâ reverentiâ ac studio, prout par est, etiam atque etiam summoperè contendo. P. P. GORLICI Luf. D. XVII. Aug. Aera Chr. clb Ibc LXXXIIX.

Einladungs = Arie.

3. **L**asse Trauer, Schon erschallen /
 Werht: geschâhtes Laubner: Land!
 Dein Lands: Haupt: Mann ist gefallen
 Durch des blassen Todes: Hand.
 Er / Er muste schnell verblaffen /
 Und dich unvermuthet lassen.
33. **L**as die Thränen häufig stessen:
 Denn ein gross: Man ist todt!
 Las sie von den Wangen schiessen /
 Und beklage solche Noht:
 Denn ein Unglück hat geblühet
 Um den / der viel hat genühet.
333. **E**r hat treulich vorgestanden
 Seinem Ampt / und überall
 Frey gemacht von Unglücks: Banden:
 Was geneiget war zum Fall.
 Aber nun ist Er versetzt:
 Wo Ihn nichts mehr verletzet.
33. **M**it Ihm heisset: hier gewesen!
 Ach Er ist zufrüh dahin!
 Selbst der theure Fürst zu Dresden
 Hörte mit bestürztem Sinn
 Aus der Ober: Laubnis schallen:
 Er / Herz Biektum / ist gefallen.
3. **D**u auch / Laubnis / selbst kanst sagen:
 Numehr bin ich recht beraubt /
 Und hierdurch gebracht zum klagen:
 Weil entfallen mir ein Haupt.
 Ich muß meines Mäcenaten
 Künftig / leider! ganz entrahten.
33. **A**ber / ob Er wol gestorben /
 Und entrissen diesem Plan /

Ist sein Ruhm doch nicht verdorben:

Er geht ja vom neuen an.

Denn ein wahres Tugend - Leben

Bleibt auch nach dem Tode schweben.

333. Drum thun recht die **Musen - Söhne:**

Daß sie suchen diesen Held /

Zwar mit schlechtem Mund - Geröhne /

Zuerheben vor der Welt:

Da sein tugendreichs Begönnen

Sie mit Rechte nicht schelten können.

3333. Ihr / **Hochwehrte Schul - Patronen /**

Die Ihr pflegt der Tugend Pracht

Mit viel Liebe zubelohnen /

Weil sie selber aus Euch lacht /

Gebet uns geneigtes hören /

Und helfft **Besthums** Lob vermehren!

¶

¶

¶

Beschluß - Arie.

3. **S**o muß unser Mund sich schließen:

Weil nun alles ist vollbracht:

Was zum Ruhm dem angedacht:

Dessen wir nicht mehr genießen.

Doch soll Seines Ruhmes Schein

Bei uns unauslöschlich seyn.

33. Die Hoch - Eole Seele lebet

Bei **GOTT** in der Ewigkeit:

Wo Sie in sehr grosser Freud

Gleich den Heiligen Engeln schwebet /

Und an **IESU** sich vergnügt:

Weil Sie Noht und Tod besiegt.

333. Hoch - belobte Schul - Patronen /

Ihre Günst - Bewogenheit

Wil mit sondrer Freundlichkeit

Unsern mütern Fleiß belohnen:

Weil sich Ihre Gegenwart

Hat mit unserm Chor gepaart.

33. Ob wirs nun gleich nicht verdienen:

Legt doch unsrer aller Sinn

Sich zu Ihren Füßen hin:

Wil Ihr Lob und Ruhm im Grünen

Kundig machen weit und breit

Aus rechtschaffner Dankbarkeit.

3. **GOTT** laß Sie inzwischen leben

In vergnügter Freud und Lust:

Die uns allen sey bewußt!

Wenn Lust / Fried und Freud umgeben

Kirche / Rath - Haus und Gemein:

So kan niemand traurig seyn.

¶ (†) ¶

¶ 3. 3.

VON

F. V. 109

X2120557

Z f
2480

Q. R. B. V.

PARENTALIA,

QVA
 DIV
 GENEROSISSIMI ET B
 DOMI
 DNI CHR
 VICE DOMIN
 TOPARCHÆ OL
 Dürrbach / Rliete
 ETC
 CONSILIARII SAXO
 PROVINCIALIS LUSA
 VIRI PEPLO D
 M A N I
 DUO BONÆ SPE
 CHRISTIANUS DAVID
 BOZZIOB BERS
 E
 NOSTRA, SEMPE
 PALÆSTRA C
 BONA SCÆVA I
 STYLUMQVE ET IPSI LAT
 PARENTATI
 PROPRIO MARTE A S
 AC MEMORITER DEIN
 IN
 AUGUSTO GORLICEN
 ANNO MESS. cl
 D. XIII.
 INTER ODAS DABU
 SOLEMNITER
 CHRISTIANUS FUNCIUS.



GORLICII LITERIS ZIPPERIANIS.

